id est cum muri hierusalem edificati fuerint. hoc est cum in electis suis
uirtutes fundati fuerint. h(oc) acceptum habebis sacrificium iusticie et ac-
cepta habebis obblationes et olocausta. Oblaciones et olocausta .i. contri-
tum subaudis cum semet ipsi optulerint tibi ex toto. Tunc inponent super alta-
re tuum uitulos. Super se ipsos imponunt uitulos hoc est uirtutes in semet ipsis
effundabunt. Tunc acceptabis sacrificium .i. sacrificium filii tui cum se optule-
rit tibi in ara crucis. qui sacrificium iusticie idem dicitur quia per illius mortem illi ius-
tificati sunt. LI. In finem psalmus d(aui)d cum uenit doec hec idumeus et annun-
tiauit saul dixit ei. Venit dauid in domo abimelec. Nota est ad litteram istoria libri
regum qualiter dauid cum sciret d(aui)d ulterius minime se euadere saul posse desperaret. Fugiens
uenit p' ad abimelec sacerdotem. qui consuluit pro eo dominum et dedit panes sanctificatos et gladium
goliad philistei. Mistice dauid xpm significat. Saul qui interpretatur petitus ut peti-
cio regnum iudeorum. ut regnum totius mundi generaliter. Cuius amatores terrena tantum
petunt. Doec enim idumeus qui interpretatur terrenus motus iudam specialiter perse- iudi
cutorem dauid .i. xpi significat siue etiam antixpm generaliter. Doec enim persecutus est
d(aui)d et iudas xpm. interfecit sacerdotes domini et anticrist' facturus est martyres confessores
nominis xpi. Dedit habimelec dauid sanctificatos panes ut significaret eum futurum
summum sacerdotem quod uere xps fuit. deinde et gladium goliad filistei ut ostende-
ret illum fortissimum regem. et xps rex potentissimus spiritalem goliad ~~filistei~~ singu-
lari certamine deuicit. Id est cum uniuersitate reproborum. Quid gloriaris in malicia.
Quid gloriaris in malicia. Iudam inuehit specialiter ut antixpm generaliter
cum omni corpore suo. De bene factis nemo debet gloriari nisi misericordia dei
quanto minus in malis. Qui potens es iniquitate quod est hic utique miserrimum.
Ille potens est in iniquitate qui malum quod cogitat potest implere. quod est utique miser-
rimum et quasi gladius seuo coniunctus ueneno. Nam malum uelle humane fragili-
tatis est perficere autem pessimum. Tota die iniusticia .i. toto tempore ne putares
eum aliquo tempore a malo cessasse. Cogitauit lingua tua. in lingua non est